



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

6. De nomine Rhetorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

**Xenophontus**, sed & ipsum Paridem volunt, reporte ingenio fatis elegantem in Amandro, Patris iusti Gracis artibus, & eloquentia discipulis institutum, disertum imprimis supra gentis suae ingeatum euasile, atque in hominem Veneris, Ceston, ceteraque id genus (si Athenaeo credimus) scripsisse, unde postea de iudicio Dearum, & Veneris victoria, manauit rumor. **Pithaeum** quoque ipsum maternum Theosei avum Trozeniorum regem, non modo ius, vt eius dignitatem decebat, constantiter dixisse, sed & artem dicendi docuisse, & librum Rhetoricum posteris reliquiae referre Paulianas in Corinthiacis, ex qua, & eius monumeatum cernebatur. Tribunal ex albo marmore, tribus sellis iudicatijs insigne, cui proximum adhuc erat templum Musarum, vt iuris, & humaniorum artium singulare ostenderet commincium. **Tribunal** δικαστήριον τοῦ θεοῦ Διός οὖν αὐτῷ Σπόροι κατατάσσουσι λευκούς, ab ἀρχέω μεγάλῳ ιερῷ Μητρᾷ τοῖς, addit τρασσα μερίᾳ διδάσκαλοι λόγων τεχνῶν φασι καὶ τοῖς βασιλεῦσι δικαιοδοξίᾳ τοῦ θεοῦ εὐεργέτου. Hæc ille, ex quibus colligas ante Herculis etiopiam sparsos, de Rethorica libros extulit.

**Cic. in  
Brusio**

Sed quia hæc artis elementa, vt credibile est, erant crassiora, vix inter ipsius Rethoricae cunabula numerantur. Quamobrem Cicero in Brutto eloquentia ortum facit ab Athenarum adolescentia. Eloquentia, inquit, non apud quosis Gracorum capit, sed apud Athenienses non nascitur, sed iam adultis Athenis: Ante Periclem, & Thucydidem litera nulla est, qua quidem ornatum aliquem habeat, & oratoris esse videatur; Periclem Xantippi filium Anaxagoras Philosophus erudit, cuius suavitate hilarata sunt Athenæ, eius vberatem, & copiam admirata, eiusdem dicendi vim, terrorēmque timuerunt.

Hæc igitur ætas prima oratorem propè perfectum tulit. His ducibus eloquentia excoli capi, & magistri discendi multi subito extiterunt. Gorgias Leoninus, Trasymachus Calcidiensis, Protagoras Abderites, Prodicus Chius, Hirtias, Elæus, Isocrates tamen omnes vicit, & Lysias, quem iam propè audeas oratorem perfectum dicere: Nam planè quidem perfectum, & cui nihil admodum desit. Demosthenem facile dixeris, huic Hyperides proximus, & Euchaias

fuit, & Lycurgus, & Dinarchus, & eniūs nullæ scripta extant Demades. Hæc enim ætas effudit hanc copiam: & succus, & sanguis incorruptus usque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis esset non fucatus nitor. Hæc Cicero, qui cum Paulanæ, & Athenæi testimonij compares, facilè colligas eum non ipsius eloquentia primordia, sed expositionem, perfectionemque assignare. Verum cum de rerum initijs sermo est, ab ipsis canis suot repetenda, nec considerandum, an tunc ornatam habuerint. Nihil enim politum est, & natum, sed rudioribus principijs omnia natura ipsa rerum opifex pectexuit.

## De Nominis Rethorum.

## CAPUT VI.

Primum Rethores dici sunt omnes, qui qualibetunque demum dicendi facultate pollebant: quo sensu Phœnicem ab Homero Rethorem nominatum constat; & πρεπής ipsa est artis dicendi, ac eloquentia nuncupata, ἀριθμητική, quod est dicere, aut πόλεμος λόγων, fula oratione loqui, quod annotat magnum etymon τεχνο-logicum, vel etiam ἀριθμὸς τοῦ λόγου. Ita legem πρεπής, οἱ Dotes appellant quod Rethores omni leges proponerent, & condenserent: verum quod contracta videtur ad forentes orationes Rethoricae nomina, ut testatur Suidas, qui πρεπής, νοε- vocat λόγον ἄνθρωπον πρεπες, Sapius πρεπες. eloquentes in genere διάλογον λόγων, & eloquentia ipsam λόγων potius, quam πρεπής magni authores nuncupant, ita Diuus Gregorius, λόγων ὁ πρεπες, dixit labores in eloquentia studijs positos, & Iulianus ad Libarium Sophistam λόγους πρεπες, πόλεμον, coniungit, eloquentiam significans prudentia fale conditam. Hæc prima Rethoris appellatio.

Mox, cum discerit illi, & facundi homines 2. Rethoris Athenis maximè quæ urbs eloquentia fuit: dominum appellatio. concionum fluctus moderarentur, bella confiducere populi, exercitus, naues, commercatus, vectigalia, leges denique, & iura omnia administrarent: speciosissimum fuit nomen Rethorum. Nam πρεπες, ut testatur Suidas, ijdē erant, ac δῆμος τοῦ πρεπεοῦ, & δημοσιευσοῦ, πρεπες. Prin-

Rhetores. Principes, Consiliarij, duces populi. Is erat Rhetorici nominis splendor, hæc potestas cum ceteri literati, & Philosophi, inter scholæ parientes delitescerent. Itaque cum illi honore, & opibus florarent, nobilissimi quique iuuenes dicendi studium ardètissimè capessabant; quod ad Reipublicæ gubernacula moderanda, hanc sibi ansam pòtentissimam esse cernerent. Inde nati sunt Rhetores, vmbritilis seilicet eloquentia doctores, qui cum iphi a foro, & negotijs ciuilibus abstinerent, ceteros tamen ad id exercitationis genus instituendo, eam ioster scholæ priuatos parietes glorijs plerique aluerunt, quara in hac forensi luce, & concionum honoribus rati postea sunt consecuti, quod de Isocrate, & Demetrio Phalereo testatum accepimus.

Qui inter eorum ecclum ceperunt artificiosæ orationis, sermonumque illecebras quasdam, & veluti sirenulas, (vt Graci vocant) affectare (quarum famulosissimus architectus fuit Gorgia Leontinus illi ὄροπες στοίχαι sunt nominati, unde Lucianus dixit in Macrobij, Gorgiam Rhetorem fuisse, ex ijs quos sophistas appellat, πύρων ἡ Γοργίας δι την τοφέην κελάτη. Qui quidem initio apud sobrias adhuc aures malæ audiebant, propter hæc noua delectationis auctoripa. Itaque Plato in Symposio Ἐόρα φαρμακά, & τοσοὶ νηστοὶ confundit.

plate in Symposio, Postea vero, cùm sub Imperatoribus illi popularium concionum torrentes exaruisserint, & omnes omnium ad aurum delicias sermones essent conuersi, magno in honore Sophistæ, hoc est, illecebroz illius eloquentia doctores fuerunt. Hinc illa Herodotus Atticorum, Proætorum, Aristidum, Philostratorum, Libanioru, infinitorum denique natio pulsulauit, quos secundo lascivientis eloquentia partu hæc tempora effuderunt. Plerique autem ita scholastici illius regni amantes exiterunt, vt præ docendi munere prouincias, & principatus recufarent, inter quos fuit Libanius, qui locum Prætorij præfectura à Iuliano oblatum, p̄ se vehementi otio literari dulcedine respexit. Audiebant enim & præmisj decorabantur ab Imperatorijs, qui malebant homines ingeniosos inter hos eloquentia ludos alege, quām obstructam ad publicas conciones, & populares fluctus viam aperire.

Extincta igitur libertate, illi, qui prius erant ciuitatis principes magni nominis Rhetores, aut causarum illustrium disceptatores, in causulatum litigiosos actores degenerarunt, & ea

est acceptio πρόπος apud D. Lucam cū producētum memorat Tertullum πρόπος, qui aduersus diuum Paulum coram Felice præside causam ageret (is quippe caussidicus erat.) In hac appareat actione quam ieiuna sit, & macilenta humana eloquentia, cum diuina comparata, & quo spiritus fulmine Rhetoris illius machinationes Paulus θεοφόρως demoliatur.

Ad summum, ut omnia paulatim deflectunt in peius, illa Doctorum eloquentiae gloria, quæ Pseudorhetorius florentissima extiterat, in viles Rhetores datus defluit, qui se Rhetores Latinos appellabant, nati: quales illi fuerunt, quos decreto Senatus constat esse damnatos, homines inepti fallaces, vt qui frigidas quasdam Graecularum tabularum versutias, & stolidam secundam iuuenturem docerent. Itaque Fannio Strabone, & M. Valerio Messala Conculibus, M. Pompeius Prætor Señatum consuluit. Quod verba facta sunt de Philosophis, & Rhetoribus, S. C. de cœitate cen-suerunt, vt M. Pomponius Prætor animaduerteret, curaretque, vt i. c. è Repub. fideque sua videtur, vt Romæ ne essent. De iisdem interie-cto tempore Cn. Domitius Aenobarbus, & Lici-nius Crassus Censores ita censuerunt. Renun-ciatum nobis est, esse homines, qui nouum gen-ius disciplinae instituerunt, ad quos iuuentus in ludos conueniat, eos sibi nomen imposuisse, Latinos Rhetores, ibi homines adolescentulos totos dies desiderat. Maiores nostri, quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instruerunt. Hæc noua, quæ præter consuetudinem, ac mores maiorum sunt, neque placent, neque recta videntur. Quapropter & ijs, qui eos ludos habent, & ijs qui eō venire consueverunt, vīsum est faciendum, vt ostenderemus nostram sen-tentiam, nobis non placere.

Hæc in pseudorhetores, qui pro vera eloquentia Dialetticorum argutias, fallaciasque venditabant. Rhetoris tamen appellatio, ex eo tantum fulgimis contraxit, vt Latini s. Ora-tores, & Patronos, non Rhetores appellari voluerint. Addo in honorem nominis, in Ecclesia Græca dictos quoque fuisse Rhetores, sacrarum literarum interpretes, quod illustrat Co-dinus de officijs, ὁ πρώτος eis.

τὸ ἐπιμετεῖν τὰς

Ἐραφάς.

DE